

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes  
aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula V. Essentiae rerum sunt sicut numeri

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

ente, non solum in posteriori ejus significatione, de eō nimirum, quod non est, cūm possit esse, sed & in priori, de eō, quod nec est nec esse potest. Imaginari namque, cognoscere, & velle impossibilia possumus. Voluntas enim est impossibilium, *III. Eth. c. II.* & imaginamur ea, quæ volumus. *III. de an. c. III.* Quod si voluntas impossibilium est. *E. & intellectus,*

## REGULA V.

*Essentia rerum sunt sicut numeri.*

*IIX. Met. nph. c. III.*

I. Vulgo dicunt: *Essentia rerum consistunt in indivisibili.* Ubi sciendum, bifariam posse aliquid dici indivisible, primò absolute, quomodo punctum est indivisible; secundò certò modò, ut quod aliquid non possit dividī, ita ut ipsum maneat, quomodo mensura dicitur indivisibilis *X.* *Met. c. II.* ut linea pedalis, quæ est mensura linearum, quæ in ædificiis describendis ab architectis ducuntur. Si enim quicquā ab ista linea auferas, non est amplius pedalis.

II. Priori modò non in universum verum est, essentias rerum esse indivisibles, vel consistere in indivisibili, si verum est, formam non esse totam essentiam substantiarum corporearum, sed materiam esse ejus partem. Si enim ex materiâ & formâ harum rerum essentiae sunt realiter composita, utiq; in easdem partes dividi possunt, quemadmodum reverâ in morte anima à corpore separatur.

B 5

III.

III. Posteriori modo omnium rerum essentiae indivisibles sunt, quia nimirum ut sint & maneat eiusmodi essentiae, dividii non possunt, & si dividantur, & aliquid ab ipsis auferatur, non manent illarum rerum essentiae. Hinc Aristoteles *l. cit.* essentias rerum cum numeris comparat, Orumq; hinc axioma: *Essentiae rerum sunt sicut numeri.* Quemadmodum enim, si quid eorum, ex quibus numerus constat, ab eo ablatum, aut additum fierit, non idem jam numerus, sed diversus existit, etiam si minimum auferas: ita neque definitio aut essentia eadem consistit, si quicquam aut auferatur, aut adiectatur. Sunt verba Philosophi V. g. si ad animal addas τὸ λόγιον, habes essentiam hominis; si vero auferas idem, non amplius erit homo, sed tantum animal. Sed si pro hac differentia λόγιον substituas τὰ ἀλογά, erit brum.

IV. Dicis; Accidentia adveniunt & auferuntur ab essentiis, salvis manentibus essentiis. Ergo non semper variat, neq; alia atq; alia sit essentia, si quid addatur vel detrahatur.

V. Resp. Regula loquitur de indivisibilitate essentiarum. Sermo ergo fuit de eo, si quid adiectatur aut auferatur, ut essentia per hoc dividatur. At adiectione vel subtractione accidentium essentia non dividitur.

### REGULA VI.

*Essentiae rerum sunt aeternae.*

I. Tri-

I. Tripes omnes secundum ligendum actu sunt, essentia et aeternum; & non essentia Suare Mendoza, quiescit. *J.IX.*

II. Gaius & Mendezum de eius perpedito & ab aeternitate.

III. In cuius est etiam Unde etiam aliquod per necessaria. *I. Post. t. 3.* tia. Haec ratione cumruptione.

IV. Per convenit v. g. non per non facere.